

tionem ad quæsitum accommodat, idq̄ rectè demonstratum confirmat.

PRINCIPIA.  
DEFINITIONES.

1. Numeratio vulgaris est, quæ quartum quemq̄ punctat, & ibi millia pronunciat. Quæ ratio per orbem terræ recepta nunc est, & millena millia millenis accumulatur. Mille enim maximus est vulgo numerus.
2. Numeratio Græca est, quæ quintum quemq̄ punctat, & ibi myriadas pronunciat, easq̄ auctis locis subinde repetit.
3. Latina est, quæ primò quartum & sextum punctat: deinde à sexto iterum quartum quemq̄: & in sexto centena millia pronunciat: & millena millia centenis usq̄ in immensum accumulans, semper ea in se replicat. Quam ob causam quidam, inter quos Tonstallus, vulgarem Latinam præfert, cum magis progredi congruat, donec ad millena millia ventum erit, quàm ad centena millia quæ infra sunt, facere gradum.
4. Italica est, quæ quartum quemq̄ punctat  
& in